

Les sources manuscrites de la théorie de la musique
(S. IX-XVI)

Montpellier, Bibliothèque interuniversitaire,
Section médecine (F-MOf)
H 384, f. 115v-116
Transcription : Shin Nishimagi
(juillet 2006)

¹ Primus tonus officiorum differencias habet quinque. ² Illa que habent inicium in mese, ut *Lex Domini* (a-), intonantur per unisonantiam in eadem voce : *Gloria seculorum amen* (F-G-a a-aca-G-F FG-a). ³ Illa que in .F., ut *Misereris* (F-), intonantur per epogdoun remissum in eadem voce : *Seculorum amen* (a-aca-G-F Ga-aGF). ⁴ Que in .D., ut *Exsurge* (D-), per unisonanciam in finali voce ipodorii : *Seculorum amen* (FFE-D). ⁵ Que in principio eleuantur per diapente, ut *Statuit* (Da-), in tono per emiolium remissum in eadem voce : *Seculorum amen* (FE-FGGa). ⁶ Que in .C., ut *Gaudeamus* (C-), in tono per remissum epitritum in eadem voce : *amen* (FFE-DCDF).

⁷ Exemplum de responsoriis : *Inter natos* (D-) — v. *Fuit homo* (a-).

⁸ Secundus tonus officiorum nullam habet differenciam, quia omnia officia secundi toni uno modo intonantur.

⁹ Exemplum de responsoriis : *Sancta et immaculata* — v. *Benedicta tu*.

⁴ .D.] .d. ante corr.

⁵ post voce] que in .D. ut ante corr.

⁶ amen (FFE-DCDF)] suprascr.

⁹ ante sancta] Salit ante corr.

¹⁰ Tercius tonus officiorum duas habet differencias. ¹¹ Que habent initium in .E., ut *Si iniquitates*, intonantur per remissam diatesaron in iparte meson : *Seculorum amen*. ¹² Que in .G., ut *Omnia que fecisti*, intonantur per unisonantiam in licanos meson : *Seculorum amen*.

¹³ Exemplum de responsoriis : *Salvatorem* — v. *Sobrie*.

¹⁴ Quartus tonus officiorum duas habet differencias. ¹⁵ Que habent principium in .D., ut *In voluntate*, intonantur per semiditonum remissum in eadem voce : *Seculorum amen*. ¹⁶ Que in .F., ut *Omnis terra*, per unisonantiam in paripate meson : *Seculorum amen*. ¹⁷ Que in .E., ut *Sicut oculi*, per remissum limma in eadem : *Seculorum amen*. ¹⁸ Exemplum de responsoriis : *Deus qui sedes* — v. *Tibi enim derelictus*.

— ¹⁹ Quintus tonus quot differencias officiorum habet ?

— ²⁰ Duas.

— ²¹ Da exemplum. <116r>

— ²² *Ecce Deus* — *Seculorum amen* per semiditonum intensum in paripate meson, *Miserere* — *Gloria seculorum amen* per unisonanciam in meson, vel *Circumdederunt me* (F-) — *Seculorum amen* per epogdoum remissum in paripate meson.

²³ Exemplum de responsoriis : *Ecce iam* (E-) — v. *Pater* per sesquitercium intensum in trite diezeumenon vel in .c.

— ²⁴ Sextus tonus quot differencias officiorum habet ?

— ²⁵ Nullam.

— ²⁶ Quare ?

— ²⁷ Quia omnia officia sexti toni in uno modo intonantur.

— ²⁸ Da exemplum.

— ²⁹ *Os iusti* — *Seculorum amen* per unisonanciam in paripate meson ; *Hodie scietis* per semiditonum remissum in licanos ypaton ; *Quasi modo* per remissam diatesaron in paripate ypaton.

11 .E.] .e. ante corr. ut *Si iniquitates*] *suprascr.* | ipate] i. pate *cod.*

19 quot] quod *cod.*

³⁰ Exemplum de responsoriis: *Aspiciebam* — v. *Potestas* per unisonanciam in tertia voce ipsius consonantie.

— ³¹ Septimus tonus quot differentias officiorum habet ?

— ³² Nullam.

— ³³ Quare ?

— ³⁴ Quia omnia officia septimi toni uno modo intonantur.

— ³⁵ Da exemplum.

— ³⁶ *Deus in adiutorium* per intensum diapente in paramese diezeumenon ; alium *Puer natus est* — *Seculorum amen* per unisonanciam in secunda voce pentecordi.

³⁷ Exemplum de responsoriis: *Angelus ad* — v. *Invenies* per sesquitercium intensum in paranete diezeumenon.

— ³⁸ Octavus tonus quot differentias habet officiorum ?

— ³⁹ Nullam.

— ⁴⁰ Quare ?

— ⁴¹ Quia licet ipsa principia inter se differant, tamen in uno *Seculorum* conveniunt.

— ⁴² Da exemplum.

— ⁴³ *Ad te levavi* per unisonantiam in finali voce ipermixolidi ; alium officium *Spiritus Domini* — *Seculorum amen* per remissum sexquitercium in licanos ypaton.

⁴⁴ Exemplum de responsoriis: *A dextris est mihi* — v. *Conserva me* per epitritum intensum in trite diezeumenon.

³¹ officiorum] *suprascr.*

⁴⁴ responsoriis] *responsorum cod.*